



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>








01 1179 2735 US AMSTERDAM







D I S S E R T A T I O J U R I D I C A  
I N A U G U R A L I S,  
**S E L E C T A S Q U A S D A M J U R I S  
Q U Ä S T I O N E S C O N T I N E N S ,**

*Q U A M*

A N N U E N T E S U M M O N U M I N E  
*Ex Auctoritate MAGNIFICI Rectoris,*

**J O A N N I S J A C O B I S C H U L T E N S ,**

S. S. TH. DOCT. EJUSDEMQUE FACULT. UT ET LL. OO. IN ACAD. LUGD. BAT.  
PROF. ORDINAR. COLL. THEOL. PRÆP. ET ILLUST. ORD. HOLLAND.  
AC WESTFR. REGENTIS. MSS. LEGATI WARNERIANI INTERPRETIS.

N E C N O N

*Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consenſu,  
& Nobilissimae FACULTATIS JURIDICAE Decreto,*

**P R O G R A D U D O C T O R A T U S ,**

Summisque in U T R O Q U E J U R E Honoribus & Privilegiis  
ritè ac legitimè consequendis,

*Eruditorum examini submittit*

**A N T O N I U S P E T R U S W Y B O ,**  
H A G . B A T .

*Ad deim 28. Junii MDCCCLX. bora decima loco solito.*



**L U G D U N I B A T A V O R U M ,**  
Apud SAMUELEM ET JOANNEM LUCHTMANS,  
*Academie Typographos, MDCCCLX.*



V I R O

*NOBILISSIMO, AMPLISSIMO*

D. D. JOANNI WYBO,  
J. U. D.


ADVOCATO FISCI ET PROCURATORI GENERALI  
HOLLANDIÆ, ZELANDIÆ ET FRISIÆ, NEC  
NON ORDINUM FOEDERATI BELGII  
ADVOCATO FISCI.

PATRI OPTIMO CARISSIMO OMNI, QUA FILIUM  
DECET, PIETATE AD ROGUM USQUE  
COLENDΟ VENERANDO.

*Hasce studiorum suorum pri-  
mitias sacras esse jubet*

A U C T O R.





DISSERTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
SELECTAS QUASDAM JURIS  
QUÆSTIONES CONTINENS.



C A P U T P R I M U M.

*Tria legum genera in bene constituta Repu-  
blica adesse debere.*

**R**atio quare homines antea per familias se-  
greges dispersi inierint civitatem procul  
dubio in eo est, quod sint sociales &  
animalia fui conservantissima, sed per fe-  
geena & sui similium auxilio maxime in-  
digentia, civitate autem constituta unus alterum de-  
fendere auxiliumque ferre potest.

A 3

Hæc

## 6 DISSERTATIO JURIDICA

Hæc cum ita sint hominis per magni interest, coli & servari talem socialitatem, debet ergo omnia, quæ ad illam conservandam tendunt, quantumin se est facere, quæ vero ad illam turbandam aut abrumpendam tendunt omittere, ut ita commodum & utile societatis humanæ membrum existat.

Ad id autem ut conservetur, primario requiruntur leges, quibus ii, qui in civitatem coëunt, obstruti sunt; & quæ illos docent, quomodo se in civitatis utilitatē gerere debeant, alias enim si sine legibus in tanta voluntatis libertate & tanta ingeniorum diversitate viverent homines, & quisque omnia pro libitu ageret, non posset non in civitate maxima ori ri confusio, sicque socialitas & tranquillitas turbaretur, quam rāmen servari maxime interesse demonstravi.

Leges tales ad tria genera commode posse referri puto, quod nempe primum genus contineat officium hominis respectu sui, secundum officium hominis respectu alterius, <sup>3<sup>tiū</sup> denique versetur circa potestatem Judicialem & officium Judicii qua tali incumbens. Primi enim generis leges inculcant civem non sibi soli esse natum; sed ideo a Deo Optimo Maximo tam eximiis doribus ornatum, ut & ipsius gloriam celebret & dignum societatis initæ membrum existat, adeoque ut Leges Sociales impleat merito primam circa se ipsum curam collocare debere, quoniam eo felicissim⁹ officiis</sup>

ficiis erga alios satisfaciet, quo curatius circa corporis animique perfectionem laboraverit. Secundi generis LL. neminem lædendum esse monent, officiumque quorumlibet erga quoslibet continent, societati enim & tranquillitati civium obesset, si uni alterum impune lædere liceret, tunc enim nulla pax nec tranquillitas sed continuum foret bellum & caussa iterum ad socialitatem turbandam tendens. 3<sup>ti</sup> denique generis LL. versantur circa potestatem Judicialem, quam Magistratus in civitate præ aliis habere debet, si enim quisque alteri jus dicere & Judex esse posset, rursus tranquillitas turbaretur, quippe quisquis alium judicare, nemmo autem ab alio judicari vellet, debet ergo esse summa potestas, quæ LL. alioquin frustra latae observari curet.

Hæ si LL. in Republica observentur, bene constituta dici poterit, quisquis enim his observatis utile societatis membrum existet, omniaque, quæ ad illam promovendam tendunt, faciet, quæ vero ad turbandam omittet, sive fini initæ civitatis optime consulat.

Quin etiam id putarunt Romani, dum pro legum fundamentis posuerunt tria generalia Præcepta, *Honeste vivere, alterum non lædere & suum cuique tribuere.* L. 10. §. 1. ff. de J. & J. Primum enim Præceptum honeste vivere videtur continere officium civis respectu sui, eumque monere, ne quid agat quo videatur turpis, ne sermone, habitu, moribus, dissolutus aut luxuriosus sit,


uno

## 8 D I S S E R T A T I O J U R I D I C A

uno verbo, ut in omnibus ejus actionibus eluceat id, quod suæ personæ quasi aptum sit & consentaneum: ut cum cura evitet quidquid dedecet.

Secundum alterum non lædere continet officium cuiusque respectu alterius, ne damno illum afficiat ne furtum rapinam aut violentiam contra eum exerceat, ne ejus vitam, incolumitatem & existimationem aut dignitatem lædat; sed ut eum in tranquilla rerum suarum possessione relinquat quo pertinet *L. 14. ff. de Cond. indeb. neminem cum alterius damno debere fieri locupletiorem.*

Tertium denique versatur circa potestatem Judicalem ejusque officium, ut sine contemplatione personæ suum cuique tribuat, ut virtuti præmium vitio supplicium decernat *L. 1. §. 1. de J. & J. non enim singulorum, sed magistratum est lites & controversias, quæ inter cives nascentur, disceptare & jus suum cuique adferere & adjudicare L. 14. C. de Jud. & Cælic. L. 13. ff. quod. met. caus. & L. 176. de R. J.*



### C A P U T S E C U N D U M.

*De renunciatione exceptionis non numeratae pecuniae.*

**S**icuti SCto Macedoniano filiis fam. & Vellejano miseribus deceptis ita debitoribus contra creditores succurritur exceptione, quæ non numeratae pecuniae dicitur

dicitur magna æquitatis ratione. Qui pecunia opus habent ejus consequendæ caussa ut plurimum se creditori futuro ad omnia faciles præbent, & raro quam deberent adhibent prudentiam, creditor autem non facile pecuniam numerat nisi post traditam sibi cautionem, sic vero contingere potest, ut aliquod interveniat ob quod sperata numeratio non sequatur: quo casu, si debitor Chirographum statim repetere negligat, dubitari nequit, quin creditor summam Chirographo comprehensam petendi jus ex Regulis Juris habeat, scripsit enim debitor, se pecuniam mutuam accepisse, eamque redditurum esse, quæ promissio, de pecunia mutua reddenda, in scriptis facta, usu fori accepit vim stipulationis argumento. *L. ult. Pr. ff. de dol. & met. exc. & Tit. Cod. Theod. si certum petatur ex Chirog.*, uti plenius docent Janus a Costa ad *Tit. Inst. de Lit. Obl. Clariss. & Schultingius ad Lib. 2. Inst. Caj. Tit. 9. §. 12. Not. 76.*

Sicuti vero expressa ejusmodi stipulatio actionem ex subtilitate & Regulis Juris Civ. producit, sive revera numeratio facta sit, sive non sit. *L. 6. §. 1. L. 7. ff. de novat. & delegat.* eadem ratione placuit, etiam ex promissione de pecunia mutua reddenda, si, licet absque stipulatione, in scriptis tamen facta sit, actionem dari, nempe conditionem certi ex Chirographo: unde etiam *literarum obligatio*; & ejusmodi debitor *scriptura obligari*, dicitur in *Tit. Inst. de Lit. obl.* sed quia iniquum foret

B de-

## 10 DISSERTATIO JURIDICA

debitorem, si pecunia ipsi numerata non est, condemnari: §. 2. *Instit. de Except.* tria ipsi per Constitutiones indulta sunt remedia, nempe ut ipsum Chirographum per *cond. caus. dat. non sec.* repetere possit; aut, ut creditore latitante *protestationem de non num. sibi pec. magistratui* in scriptis offerat; aut, ut creditorem ex Chirographo agentem *exceptione non num. pec.* repellere possit.

Sed quid si pecunia revera numerata sit? si de eo constat, nulla controversia esse potest: nos agimus de casu, quo de eo non constat, & quo creditor numerationem factam affirmat, debtor negat: & non videtur admitti posse, quod Interpp. dicunt, numeratione facta, non *liter. obligationem*, sed *mutuum* tali casu contractum esse: hanc sententiam manifesto refellit. d. L. 6. §. 1. & L. 7. ff. *de novat. & deleg.* ubi JCti docent, si pecunia mutua revera sit numerata & stipulatio de ea reddenda vel præmissa vel ex continentie subsecuta fuerit, non *mutui* sed tantum *stipulationis* contractum esse neque actione ex mutuo, sed actione ex stipulatu agi debere, adeoque hoc non esse mutuum.

Verum uti cætera, quæ enarravimus remedia, ita etiam hæc *except. non num. pecuniae* non conceditur debitori, nisi intra biennium a tempore traditi Chirographi eam opponat: quo facto creditor aliunde, quam ex illo Chirographo numerationem factam esse probare debet. Sed si debtor per biennium acquievit, neque *non*

*numeratae pecuniae exceptio*, nec ullum aliud remedium ipsi datur, sed simpliciter solvere cogitur, etiam si ipse probare paratus esset, pecuniam sibi non esse numeratam §. unic. de lit. obl. L. 8. L. 10. L. 14. Pr. & §. 3. Cod. de non num. pec. post biennii silentium enim Lex præsumit, numerationem esse factam, & est hæc, uti Interpp. loquuntur, *præsumptio juris* & de jure, quam non admittit probationem in contrarium, ratio est, quia nullo modo probabile videri potest, debitorem, si pecunia ipsi non esset numerata, negligentiam in repetendo Chirographo per tantum tempus tracturum fuisse: & si traxit, damnum, quod ex sua culpa sentit, sibi imputare debet. L. 203. ff. de R. J. banc controv. data opera tractat Vinnius. Lib. I. Quæst. Sel. C. 41.

Hinc autem suboritur quæstio, utrumne huic exceptioni cum effectu renunciari possit adeoque renunciatio talis efficiat, ut etiam intra biennium a debitore opponi nequeat? & distinctione hic opus esse putaverim.

Distinguendum nempe erit inter casum, quo renunciatio in ipso Chirographo sit addita & inter casum quo in diverso instrumento sit concepta. Priori non valere videtur, quippe tunc quasi creditor remitteretur dolus futurus, hoc enim modo ei impune liceret non numerare pecuniam & ita fraudare debitorem, quod illicetum esse docent L. 6. ff. de off. Praef. L. 23. de R. J. L. 27. §. 3. ff. de paliis. Accedit quod eadem spe futura;

## 12 DISSERTATIO JURIDICA

enumerationis eademque facilitate quis inducitur ad renunciandum qua ad Chirographum dandum L. 22. Cod. ad SCtum Vell. maxime cum hæc renunciatio tamquam solennis formula raro omitti soleat in instrumentis quæ de mutuo pec. conscribuntur , tantaque sit debitoris facilitas , ut creditori, quæcunque velit, in Chirographo scribat , aut scribi patiatur & propterea etiamsi in eodem instrumento renunciatio sit facta , non num. pec. except. opponi poterit. Posteriori vero casu nihil quominus renunciatio valida sit, vetat, cum tunc cessent prædictæ rationes & nemo censeatur adeo negligens & dissolutus , ut tempore deliberandi habito & pecuniaæ enumerationem subsecutam non esse videns pecunias indebitas jactet , remedio , Jure Civili sibi concessso, renunciando quod si tamen fecit sibi imputet L. 22. Cod. ad SCtum Vell. quin & tunc multo magis videri possit debitum agnoscisse , quo certe casu nullum ei remedium superesse docet L. 4. C. de non num. pec. quamobrem , cum hic etiam nulla delinquendi creditori præbeatur occasio, nulla ratio sufficiens occurrit, quare a Regula in L. pen. Cod. de Pactis proposta, quemque nempe beneficio pro se introducto renunciare posse, recedamus , superesse videtur , mecum sentiunt Covarruvias Lib. 4. Var. Resol. Cap. 4. N. 3. Mascard. de prob. Vol. 2. Conclus. 696. Num. 14<sup>o</sup> 15. Zangerus in Tract. de Except. Part. 3. Cap. 14. Wissenbach. ad L. 3. C. de non num. pec. & plerique alii.

C A-



## C A P U T T E R T I U M.

*Ad L. 2. Cod. de rescind. Vend.*

Inter præcipuos venditionis rescindendæ modos ennumeratur remedium competens ex *L. 2. Cod. de rescind. vend.* venditori, qui ultra dimidium læsus est, id est, cui nec dimidia pars veri pretii est soluta vel qui rem duplo minoris vendidit, quam valet, rem v. g. valentem 10 vendidit 4 aut valentem centum vendidit 40, tali inquam casu per Constit Dioclet. & Maxim. venditori succurritur, ita ut actione venditi contra emptorem agere possit ad id, ut vel récepto pretio rem restituat vel quod justo pretio deest, suppleat, cum enim actio venditi sit bonæ fidei eam ad omne id, quod alteri ex bono & æquo debetur, tendere consequens est, jam ipsa Lex 2. docet æquum & bonum esse ut corrigatur ista inæqualitas in emptione venditione, accedit quod ante *L. 2.* si nimia inæqualitas in aliquo bonæ fidei contractu esset commissa, ejus correctio peti potuerit actione ex ipso contractu. *L. 78. & 79.* *Pro socio*, actione ergo venditi venditorem agere posse firmum videtur.

Non autem firmum adeo est, utrumque Lex nostra 2.

B 3

## 14 D I S S E R T A T I O J U R I D I C A

sit extendenda ad emptorem, id est, si empta res nequidem dimidiā datī pretii partem valeat, an emptor vici-sim contra venditorem agere possit nec ne, Cujacius *Lib. 16. obser. C. 18. & Lib. 23. C. 32.* nec non Faber in *Err. Pragm. Dec. 8. Err. 7.* id abscisse negant. Merenda e contra in *Controv. Jur. Lib. 1. Cap 46.* & plurimi alii pro affirmativa sententia stant, quam juris rationi quoque convenientiorem puto, ea-dem enim ratio humanitatis in emptore ac in vendito-re militare videtur, ac probabiliter Imperatores, si de em-ptore fuissent consulti, de eo idem respondissent, quoties autem bona occasio est ea quæ aliqua lege cauta sunt ad alia similia extendendi, prætermittenda non est uti habetur in *L. 13. ff. de LL.* nec quid quam ju-vat diff. quod dicunt disparem rationem esse, vendito-rem enim necessitate rei familiaris compelli vendere, emptorem vero ultro & sine causa accedere ad em-p-tionem, nam id non semper procedit, venditor enim non semper rem ex necessitate vendit, sed saepe hoc consilio, ut pecuniam in alias res utiliores aut etiam in mercaturam collocet, aut fœnori det, nec emptor studio & avaritiae causa semper accedit ad emptionem, saepe enim pecuniam paratam travult in emptionem impendere quam fœnori collocare, quippe ex emptione honestiorem & securiorem quæstum sperat.

Non minus inter Interpp. agitata est quæstio, an re-  
medium *L. 2.* etiam locum habeat, si publica auctoritate  
sub

sub hasta venditio sit facta, qua in controversia sequendæ videntur partes eorum, qui statuunt, in venditionibus talibus remedium nostræ *L. 2.* cessare argumento potissimum. *L. 5.* *Cod. de Fide & Jure hastæ fiscalis*, ex qua liquido apparet, nemini nequidem minori tali casu competere aliquod remedium, ratio in promptu est, fides enim publica fiscalis hastæ facile convelli non debet uti habet. *L. 8.* *Cod. de remiss. pign.* neque etiam ædilitium Edictum ibi locum habet. *L. 1. §. 3.* *ff. de Ædil. edit. adeoque nec redhibitio*, conclude-re hinc merito licebit in auctionibus fiscalibus etiam non esse locum rescissioni ob enormem læsionem, quoniam rescissio est species redhibitionis.

Dissentientes objiciunt. *L. 1. & 2. Cod. de Fide & jure hastæ Fiscalis & L. 16. Cod. de rescind. vend.* verum in illis sermo est de casu, quo mala fides aperte intercessit: unde merito si bona fides adsit, concludi contrarium potest. *L. quoque 11. Cod. de præd. min.* nihil habet quod dissentientibus faveat, quippe ibi sermo est de minore, qui non ob enormem sed quamcunque læsionem in integrum restituitur; nos autem loquimur de maiore & de casu quo venditio per *L. 2.* rescinditur, similiter comparatum est cum *L. 2. C. si tut. vel Curat. interv.* nam ibi tantum docetur, minorē in integrum restitui, quod non negatur, sed præcipue urgent dissentientes, quod quis æquè in venditionibus publicis ac in privatis enōmiter lädi possit, æquitas ergo

## 16 DISSERTATIO JURIDICA

go flagitet ei succurri, verum, licet forte æquitas id postulet, fortiter nimis tamen obstet ratio juris, quia nempe publice interest ne auctiones fiscales rescindantur *L. 8. Cod. de remiss. pign. & L. 5. Cod. de fide ac jure bast. fisc.* æquitas autem sine specialis Juris confirmatione nihil operatur, exemplo sit nudum pactum, æquitas forte postularet, ex illo actionem dari, Jus tamen Civile nihil praeter exceptionem tribuit.

Solet insuper hic quæsti utrum etiam *L. 2. Cod. de rescind. vend.* locum habeat in eo, qui valorem rei suæ scivit, adeoque non imprudens sed sciens tam vili pretio rem vendiderit ut *Legis 2. beneficio* uteretur, quod cum Vinn. *L. 1. Sel. Quæst. Cap. 56.* negandum videtur sequentibus de caussis.

Quia in *L. 1. Cod. si maj. fact. alien.* docetur ei succurrendum esse, qui inconsulto errore lapsus est, manifesto indicio, ei, qui sciens viliori pretio rem vendidit, non succurri.

Quia talis donandi animo videtur vendidisse, nam ubi errore interveniente repetitio est, ibi quod consulto & a sciente fit, donari intelligitur. *L. 53. ff. de R. J. L. 38. ff. de Cont. empt. & L. 34. Cod. de Trans.*

Accedit, quod is, qui scit & yult, similis est ei, qui ius & actiones suas remittit. *L. 1. in fin. de alt. empt.* & nemo lædi potest qui scit & consentit. *L. 145. de R. J. L. 11. Cod. de rescind. vend.* atqui *L. 2.* tantum succurrit ei, qui enormiter læsus esse dicitur.

Pi-

Pinellus tamen *P. I. C. i. N. 10.* eumque secutus Fachinæus. *Lib. 2. Controv. Cap. 20.* varia pro contraria sententia in medium producunt & quidem *i.* ipsam *Legem 2.* quæ indistincte, aiunt, ei succurrit qui læsus est nullo discrimine an sciens an ignorans, dummodo læsus sit, sed *Resp. 1.* Quamquam in ipsa lege nihil de eo haberetur, ex aliis tamen legibus modo adductis tale discriumen adesse facile patet, sed *2<sup>do</sup>* in ipsa *L.* requiriatur læsio, atqui ut dictum nemo sciens lædi potest. Instat Fachinæus quod illa Reg. pertineat ad actionem injuriarum & de dolo, sed si inspiciatur *L. 43. ff. de cont. empt.* liquido apparebit idem & in venditione locum habere. Quod attinet ad *L. 15. Cod. cod.* quaque quoque diss. utuntur, ea huc nihil pertinere videtur, quippe quæ tantum docet, si quis rem paulo viliori pretio vendererit eum rei venditæ repetendæ copiam minime habere, *L. deinde 29. §. ult. pro socio* nihil movet, quoniam ibi agitur de contractu ob nimiam inæqualitatem ipso jure nullo, nos autem loquimur de casu, qui ex post facto rescinditur.

Coronidis loco hic tractanda erit quæstio, si pignus ab emptore in re tradita fuerit creditori suo constitutum, an illud rescissa venditione ipso jure extinguitur, nec ne, hac de re jam inter vett. Interpp. Bartolom & Baldum *controv.* fuit, Bartolus constanter negabat, Baldus & contra affirmabat, prioris sententiam fecuti sunt Vianius. *Lib. 2. sel. Quest. Cap. 5. &c.*

C

Bach.

48 DISSERTATIO JURIDICA

Bach. de *Pign.* Lib. 5. Cap. 13. N. 5. §<sup>o</sup> 6. posterioris Fachin. Lib. 2. *Controv.* Cap. 23. & Bockelman. ad *Tit. ff. de rescind. vend.* N. 3. me quod attinet Bartoli sententiam præferendam esse putaverim varias ob caussas.

1<sup>o</sup>. Quia jus quæsitum sine prægnante causa nemini auferri debet, jam vero creditori in pignus illud ab emptore constitutum, est jus quæsitum, ut rem illam oppignoratam possit retinere, donec debitum solvatur atque ita pignus luatur, & est jus recte constitutum ab eo qui plenum dominium habebat, emptor enim plane, & simpliciter erat *verus dominus*, & potuit utique rem alteri tertio vendere adeoque alienare, multo magis juxta L. 21. ff. de R. f. oppignorare, tale ergo jus restitutione secuta extra injuriam creditor auferri nequit, cum nulla ad sit prægnans causa, imprimis quia emptor de dolo cavere debet, ne venditor eo modo patiatur damnum.

2<sup>o</sup> Accedit quod in L. 43. §. 8. ff. de *Ædil. Ed.* junct. L. 21. Pr. §<sup>o</sup> 1. eod. dicatur emptore redhibitionem rei emptæ ex *Ædilitio Edicto* faciente ipso jure pignus non extingui, jam vero nulla est ratio i-donea, ob quam magis in casu, de quo querimus, si nempe venditionis rescissio postuletur ob lassionem enormem, ipso jure pignus extinguetur, ipsa enim illa rescissio est species redhibitionis. d. L. 21.

3<sup>o</sup> Addi potest Argumentum desumptum ex L. 4.

Pr.

*Pr. ff. quib. mod. pign. vel Hypotheca solvitur*, ubi iterum docetur Creditorem cui res, quæ venditori redhibetur, per emptorem pignori est obligata, salvam habere actionem Servianam, illud autem verum esse non posset, nisi ipsum jus pignoris salvum esset, concludere hinc licebit ob æqualitatem memoratam inter Redhibitionem & Rescissionem idem in rescissione obtinere.

Pro sententia Baldi autem adduci solent tria potissimum juris loca & quidem.


1. *L. 31. ff. de pign. & Hypoth.* ubi habetur casus, quo dominus colono fundum pro certo vectigali utendum concesserat, postea vectigali constituto tempore non soluto dominus fundum repetebat, sed interim a Colono alteri tertio erat pignori obligatus, quæritur, quid fiat de pignore, respondit Scævola tali casu jus pignoris evanescere, ex quo concludunt difficiam in nostro casu, cum dominus per remedium *L. 2.* rem venditam repetit, evanescere pignus. Resp. Magnam esse differentiam inter pignus constitutum ab eo qui dominium plenum habet, & ab eo qui utile tantum habet, cum enim dominium utile ita sese habeat, ut directo non possit detrahere, consequens est, ut pignus constitutum a domino fundi vectigalis eatenus vires habeat, quatenus dominio directo non detrahatur, si jam in casu prop. pignus non extingueretur, damno id esset domino directo, in

C 2 no-

## 20 DISSERTATIO JURIDICA

nostro autem casu ipse dominus directus pignus impo-  
suit , nec damnum patitur alter , quippe de eo ,  
ut dictum , caveri debet .

Cæteræ vero objectiones & idoneæ quoque ad eas  
responsiones videri possunt apud Auctores antea  
citatos .



## C A P U T Q U A R T U M.

### *De Advocatis.*

**A**dvocatorum esse nobile ac laudabile officium in-  
nuit Imp. Leo in L. 14. Cod. de Adv. div.  
*Judiciorum* , dum ait , eos non minus providere generi  
humano , quam si præliis atque vulneribus patriam  
parentesque salvarent , sicuti enim milites armis pa-  
triæ & parentes , sic Advocati lingua vitam & bona  
clientum defendere conantur .

Non tamen olim ex L. Cincia ullum salaryum ne-  
donum quidem accipere poterant , cum enim eo tem-  
pore sub libera Republ. populus omnia munera dabant ,  
Advocati , qui populo placebant , facile ad honores  
perveniebant , uti notat Brum ad Leg. Cinc. Cap. 2.  
adeoque pro turpi habebatur aliquid a cliente accipe-

re .

re, verum postea, dum ex Imp. omnia fierent arbitrio  
*L. un. Pr. ff. ad L. Jul. amb.* merito Advocatis fa-  
larium sumere permisum est, æquitati quippe con-  
venit, eum, qui fida alicujus opera usus est, sicque  
commodum fensit, remuneratione gratiam aliquam  
rependere, ac nullus justior adquirendi modus est  
quam propter laborem honestissimum ab iis, de qui-  
bus optime meretur, accipere honorarium.

Hæc autem honoraria in antecessum a clientibus sol-  
vi solebant *L. 4. L. ult. Cod. de Cond. ob causa dat,*  
manifesto indicio, jure nostro nullam esse proditam a-  
ctionem ad salarium ante litem promissum ea finita  
petendum, nam quia clientes lite finita Advocatos ri-  
debant nihilque dabant, ideo Advocati in antecessum  
sibi solvi postea curarunt, Serv. ad Virgil. *Aeneid.*  
*Lib. 6. v. 609.*

Apparet ergo, errare illos, qui putant Advocatos  
post finitam litem ad salarium ante finitam litem pro-  
missum petendum actionem habere, cum enim uti vidi-  
mus, Lege Cincia vetitum fuerit aliquid accipere &  
nusquam in Jure nostro casus occurrat, quo Ad-  
vocatus finita lite Salarium petit, merito concludimus  
haecenus tantum a Lege Cincia fuisse recessum ut lice-  
ret honorarium, si sponte daretur, accipere, neutquam  
vero actione petere, accedit quod Advocati solebant  
cum cliente pacisci, & cautionem vel Chirographum  
petebant, quasi mutuam pecuniam dedissent: quo ca-

## 22 DISSERTATIO JURIDICA

si non nomine honorarii sed ex mutuo finita lite agi poterat, quod certe opus non fuisset, si alia actio superesset. Exempla vide in *L. 5. C. de post.* & *L. 4. Cod. de cond. ob caus. dat.*

Plerique tamen, actionem extraordinariam dandam esse putant, eumque in finem producunt *L. 1. §. 10. §. 12. ff. de Extraord. cogn.* verum ibi sermo est de casu, quo cliens in antecessum solverat, & quidem plus debito, & ad id repetendum datur ibi actio, in §. 12. Salarium post litem non autem uti hic ante vel pendente lite promissum petitur, & generaliter notandum in Titulo *de extraord. cogn.* Præsidem non dici Advocatis Salarium exigentibus jus reddere, sed judicare de repetitione, quam facere volebant clientes qui in antecessum solverant *L. 1. §. 9. Cod.*

Alii per apparitores Salarium exigi posse contendunt freti auctoritate *L. 13. §. 9. Cod. de Jud. in verb.* & si cessaverint per executores negot. exigendis &c. Sed ibi Advocatus non agit ad Salarium ante litem vel pendente ea promissum consequendum, verum constituitur, clientes, qui possunt dare Salarium licitum & honestum, debere in antecessum solvere, & si non solvant per viatores debere exigi, ne sub prætextu non soluti Salarii lites protrahantur, adeoque Lex illa potius nostram confirmat sententiam quam adversariorum.

Producunt insuper *L. 4. ff. de extraord. cogn.* Ubi D. Pius rescripsisse dicitur, juris studiosos, qui

Sa-

Salaria petebant, hæc exigere posse. Resp. Ibi per juris studiosos intelligi debent Adseffores uti patet ex Collatione *L. 1. ff. de off. Adsf.* qui est ejusdem Pauli, & in quo docetur Juris Studiosos Adsefforum officio fungi.

Occasione autem Adsefforum in mentem mihi venit aliqua adjicere de quæstione illa, an Advocatus possit esse adseffor in eodem vel etiam diverso judicio, de priori satis constat ex *L. 5. ff. de off. Adseff.* ubi habetur *Consiliarios eo tempore quo adfident in suo auditorio negotia tractare non posse*, de posteriori vero valde dubitatur, Justinianus in *L. ult. Cod. de Adsef. & dom. & Cancell. Jud.* expresse prohibuit, Advocatum in quovis judicio assessoris officio fungi, cui è diametro obitare videtur modo allegata *L. 5. ff. de off. Adsef.* ibi enim, postquam dictum erat *Consiliarios in eodem auditorio negotia sua tractare non posse* mox subjicitur *in alieno autem non probiberi* verum notandum hic est, aliud esse *negotia tractare* aliud *cauſas agere* hoc Advocatorum illud Jctorum est, hoc in judicio illud domi fit & ab illis qui nequidem cauſæ adfuturi sint, docet hoc Ulpianus in *L. 1. §. 11. de Extraord. cogn. dum Advocatos distinguit ab iis qui pro tractatu non adfuturi cauſis accipere quid solent, tractare cauſas ergo significabit quæstionem de jure excutere & consulentibus respondere uti sumitur in *L. 1. §. 3. ff. de Calumn.* & *L. 17. de jū-**

## 24 DISSERTATIO JURIDICA

*jure Pat.* vide Brisson. *de verb. sign.* voce *Tractare* ut ita sensus *L. 5. ff. de off. adfes.* sit Advocato licere consilium domi dare in causa, et si adfessor forte sit in alieno auditorio, & *L. ult. Cod. de Adfes.* Advocato non licere *caussam agere* nisi nullibi adfessoris officio fungatur, non ergo est, ut dicamus a Triboniano *L. 5.* non debuisse in Pandectis relinquere, cum hoc modo res facili expediri possit, Schulting. in *Not. ad Paul. Sent. Lib. 1. Tit. de Vacat. & Excus. mun. Not. 7.*

Quæritur porro, utrum Advocatus cum suo cliente de quota litis pacisci possit, id est, an valeat pactum inter Advocatum & clientem, quo Advocatus loco Salarii accipit certam partem pecuniae in item deducere, in casum si victoria ab Advocato sit reportata, & tale pactum Jure Civili non valet *L. 5. §. 2. Cod. de postulando.* *L. 53. ff. de pact.* ita ut Advocatus, qui tale pactum init, varie puniatur *L. 7. Cod. eod. ratio* in promptu est, per hoc enim Advocatus inducitur ad calumniandum, ita ut ad victoriam obtinendam utatur fallaciis, quas homines in foro ac litibus triti vel nolentes ediscunt, uti notat Vinn. *Tract. de Pact. Cap. 18. §. 9.* quæ causa prohibitionis sufficienter colligi potest ex *L. 6. §. ult. ff. mandat.*

Nec est quod quis dicat, transigi posse de re dubia, Litium autem eventum semper esse dubium *L. 1. ff. de transact.* & hic adesse quasi periculi emptionem, quæ

quæ passim in jure probatur uti liquet ex L. 5. ff. de naut. fœn. nam id omne procedit inter ipsos litigantes, qui de lite recte inter se transigunt, neutquam vero inter Advoc. & suum clientem ob modo dictam occasionem delinquendi, quæ tali pacto ipsis tribuitur.



## C A P U T Q U I N T U M.

### *De Legatorum Differentiis.*

**L**egatorum olim genera erant quatuor, & quatuor quoque solennes formulæ, quibus relinqui poterant, *per vindicationem* nempe, *per finendi modum*, *per damnationem* & *per Præceptionem*.

Per vindicationem relinquebatur legatum, cum Testator scripsisset *Do, Lego, Capito, sumito sive babebo*, adeoque ad Legatarium directe orationem direxisset, quo casu nullum factum heredis intervenire debebat, sed legatarius ex L. 12. Tab. id vindicare poterat, elegans in hanc rem est locus Virgilii *Aeneid.* §. v. 533.

*Sume pater (nam te voluit Rex magnus Olympi  
Talibus auspiciis ex fortè dicere bonorem)  
Ipsiis Anchisæ longævi munus babebis.*

D

Ad

## 26 DISSERTATIO JURIDICA

Ad quos versus Servius Scholia est notat sume inquit percipe, nam verbum est Jurisconsultorum, quoties legatum non ab herede datur; sed est in accipientis arbitrio.

Per damnationem relinquebatur Legatum, cum Testator scripsisset *Heres meus damnas esto Cajo 1000 dare*, quo casu oratio directa erat ad heredem ejusque factum exigebatur & ille erat tam firmiter obligatus ac si a judice esset damnatus; eadem enim formula utabantur judices & legislatores L. 27. §. 5. ff. ad L. Aquil., cum aliquem condemnabant, idem illud explicat Servius ad Virgil. Aeneid. 12. vs. 727. in jure quum dicitur *damnas esto hoc est damnatus es ut des hoc est damno te*, ut des neque alias libereris unde optimo jure per damnationem legari dicebatur Ulp. Fragm. 24: II.

Sequitur tertius legandi modus per finendi modum, cujas formula erat, *Heres meus damnas esto finere, Iucium Titum sumere itam rem sibi que habere*, in legato damnationis damnabatur heres aliquid dare vel facere, in hoc autem legato damnabatur finere, id est, non prohibere & permittere, legatarium sumere, ut ita testator partim heredem partim legarium alloqueretur, adeoque hic modus respectu legati damnationis & vindicationis mixtus dici possit Schult. ad Caj. Inst. L. 2. Tit. 5. §. 6. N. 29.

Quartus denique modus erat per Praeceptionem, adhi-

hibita hac formula *Lucius Titius illam rem præcipito*  
 vel plenius secundum notas Magnonis *Præcipito su-*  
*moto sibique babeto*, ejusque effectus erat, ut in judi-  
 cio familiæ erciscundæ, is, cui legatum tale erat reli-  
 ctum, illud præciperet, deinde cum cohærede pro rata  
 parte assem divideret.

Non tantum autem hæc genera verborum formu-  
 lis, sed natura quoque & jure fuere distincta, per vin-  
 dicationem enim non poterant legari nisi res, quæ  
 testatoris erat propria, non solum tempore mortis ve-  
 rum etiam facti testamenti ob notam Regulam Cato-  
 nianam, ratio in promptu est, testator enim ipso jure  
 dominium transfert in legatarium, isque statim post  
 aditam heræditatem poterat rem vindicare, ad id au-  
 tem requirebatur ut dicere posset, *ago banc rem meam*  
*esse*, quod certe dici non posset si testatoris non  
 fuisset: factum enim heredis hic nullum intervenit:  
 similiter constitutum est cum Legato *præceptionis*;  
 cave tamen ne hanc ob causam cum Fabro hæc lega-  
 ta confundas: actiones enim diverse ex illis oriuntur  
 uti dictum.

*Per damnationem* autem etiam legari poterant res  
 alienæ; nam hic opus erat facto heredis qui rem alienæ  
 nam emere & legatario dare aut aliter æstimationem  
 præstare tenebat, unde hic etiam non datur rei vindica-  
 tio *L. 30. §. ult. ff. de Legat. 3°.*

*Per finendi modum*: tandem legari poterant res

## 28 DISSERTATIO JURIDICA


propriæ testatoris vel heredis non etiam alienæ, nihil enim prodebet legatario, heredem ipsi permittere sumere rem, in quam nullum jus habet, secus si sit res propria heridis, tunc enim permittendo, legatarium illam sumere, ipsi lucrum adfert, obstat tamen videntur verba Caji *Inst. Lib. 2. Tit. 6. §. 6.* ubi ait *per finendi modum & res testatoris & heredis & alienas legari posse*, verum probabile est ob prædictam rationem vel cum Cujacio & Oiselio verba & alienas expungi vel cum Schultingio in Not. ad dictum Caji locum pro & alienas, non alienas legi debere.

Fallitur ergo Faber dum *L. 6. Conject. Cap. 1.* putat ad duas species hæc legata referri debere, legatum enim *vindicationis* certe diversum est a legato *Præceptionis*, hoc soli heredi illud cuilibet relinqu poterat, legatum perro *damnationis* etiam differt a legato *finendi modo*, hoc enim nullæ nisi testatoris vel heridis propriæ, illo etiam res alienæ, uti vidimus, relinqu possunt vide Osw. Hillegerum *Don. Enucleat. Lib. 8. Cap. 3.* ubi Fabrum late refellet.

Hanc autem differentiam sensim sustulerunt Imperatores, primo enim in *L. 1. Cod. comm. legat.* constitutum est, ut quacunque lingua etiam Græca uti licet in legando, cum antea Latina tantummodo uti liceret, interim manebat tamen adhuc vetus naturæ & effectuum in singulis generibus diversitas: v. g. nihilo magis res aliena per verba *vindicationis* legari poterat,

rat, quam ante, donec totam differentiam sustulit Justinianus in §. 2. *Inst. de Legatis*, non tamen satis caute aliquas leges in ff. inseri permisit ad hanc differentiam spectantes, quales sedecim collegit Meril. Lib. 6. Cap. 32. nec secundum eas quæstio aliqua decidi potest, nullo enim in usu amplius sunt, & error Pragmaticorum est in suborta lite de legatis ex talibus LL. item decidere, vide Vinn. ad §. 2. *Inst. de Legat.* & Schult. in *Not. ad Ulpiani Tit. 24.*

## T A N T U M.



# T H E S S.

I.

*De Controversiis ex ultima voluntate profici-  
scentibus recte transigitur etiam non inspe-  
ctis cognitisque tabulis testamenti.*

I I.

*Si minor beres institutus semel adiit heredita-  
tem & dein contra aditionem in integrum est  
restitutus, non admittitur substitutus.*

I I I.

*Possessio seu jus possessionis minus recte inter  
species juris in re refertur.*

I V.

*Liberi inofficioſa parentis donatione læſi post  
mortem ejus poſſunt totam donationem revo-  
care.*



